



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Caput XXI. Completorium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

## CAPUT XXI.

*Completorium.*

„**D**irectio. En iterum, Domine Deus  
„ meus, transactum vitæ meæ diem,  
„ quem mihi indulseras, ut agerem pœnitentia-  
„ tiam atque in virtute ac tui amore profi-  
„ cerem. Heu me! id quomodo feci? fi-  
„ nis stius diei vitæ meæ quoque finis me  
„ commonet. Tibi præsentem me hic si-  
„ stam, rationem tibi ut reddam, atque eo  
„ me in statu ut constituant, in quo mori-  
„ peroptarem. Gratiam mihi istam conce-  
„ de, ut isti extremæ officii parti dignè inter-  
„ sim ad æternam tuam gloriam, atque ut  
„ sancto fine totius diei actiones omnes con-  
„ cludam. Virgo Sanctissima, tuus honor  
„ bonam istius postremæ actionis partem  
„ constituit, quoniam in ea majori cum so-  
„ lemnitate laudes tuæ decantantur. Oro te,  
„ tuis mihi intercessionibus ut assistas.

Spiritus actionis istius in eo est, ut ad noctis  
nos quietem ita comparemus, atque crastinam  
visuri diem si non essemus. Noxas nostras  
dicendo *Confiteor* generatim agnoscimus:  
Deo specialiter nos commendamus, præcipue  
dicendo: *In pace in idipsum dormiam & re-  
quiescam.* *Inte, Domine, speravi &c.* In manus  
tuas, Domine, commendo spiritum meum. In  
Dei fidem ac tutelam nos committimus in  
Psalmo: *Qui habitat, in Præsidium Ange-  
lorum*

lorum bonorum nos recipimus versu illo.  
*Quoniam Angelis suis mandavit de te & se-  
quentibus. Canticum Nunc dimittis mortis  
nostræ nobis memoriam refricat.* Solemni  
ritu cantamus Antiphonam *Salve regina vel  
Regina cœli, Sicutissimam Dei matrem oran-*  
*tes, ut filium suum dilectissimum nobis ex-  
isto vitæ hujis exilio conseruantibus exhibe-*  
*at, dicendo: Et Iesum benedictum fructum  
ventris tui nobis post hoc exilium ostende.* Be-  
nictionem à superiore accipimus, atque  
aqua lustrali conspergimur, ut armis istis pro-  
pugnantibus adversum invisibilium inimico-  
rum nostrorum insultus protegamur. Verun-  
tamen majoris momenti magisque proficia  
nobis actio est examen conscientia, quod hic  
à quibusdam, ab aliis ante dormitionem in-  
stituitur.

## CAPUT XXII.

*Examen conscientiae.*

**D**ivinus Apostolus S. Paulus Author est,  
quod si nos metipsoſ accuratè dijudica-  
remus, leverum Dei judicium effugeremus.

**I. Cor. III.** *Si, inquit, nos metipſos dijudicaremus, non utiq-*  
*ue 31. judicareμενοſ. Si nos ipſi noxas noſtras æquo*  
*supplicio castigareμενοſ, timere porro non ha-*  
*beremus, ut Deus illas ulciscatur, quoniam*  
*nemo bis punitur pro eodem delicto.*

Hoc adversus nos ipſos judicium quovis  
vespere exercemus, atque in nos senten-  
tiam pronunciamus, ubi conscientiae ex-  
amen instituimus. Cujus iſtud est emolu-

med.